

ALIA LAPIDIS NOSTRI

cognitio.

MEi filij, scitote, quod lapis, quo ex ars nostra elaboratur, non terram terræ, sed antequam nascitur, tetigerit: Si enim terram tetigit, tunc ad artem nostram amplius nihil prodest, quamuis in primo suo partu per Solem & Lunã generatus, & de terra in accretione sua postulatus fiet: Primũ namq; suũ partũ in terra accepit, & tamẽ frangitur, destruitur, & mortificatur, sol vero filius temperato aliquo calore, per vaporem generatur, & denuo nascitur, cum vento in mare venit, illic jacens atque cum vento ex mari in terram venit, & cito, iterum euanescit. Sin vero illum elaborare volueris, tunc cum illo ambulare, illumque in aere capere te oportet, antequam ad terram perueniat, alias euaporat: quamprimum vero ex mari in terram sese confert, tunc mox adesto, illumque vitro tuo includito, & cum illo labora, quemadmodum nosti, vt eundem recte agnoscas, cum vento, pluuia, & tonitru venit, tunc illum probe obserua, elabi enim tibi nequit. Et quamuis cottidie denuo nascatur, nihilominus tamen ab initio mundi ille fuit, quamprimum autem in terram cadit, tunc arti nostræ nihil amplius inseruit.

Nascitur ex nostra terra fecunda scatebra,

Vnde fluunt lapides ex imitate duo.

Primus eò vadens Solis transcurrit ad Ortum,

Alter ad Occasum deproperanter abit.

Existis volitant Aquile duo, tradere flammis

Pergunt, in terram sic iterando cadunt.

Ambo